Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

accesserunt et manus
in iecerunt in ihsu et
tenuerunt eum. Et ecce
unus ex his qui erat
cum ihsu extendens ma-
nu exemit gladium
suum. Et percutiens seruum
principis sacerdotum
amputauit auriculam
eius dexteram. Tunc
ait illi ihsus. Converte
gladium tuum in locum
suum. Omnes enim qui
acceperint gladium gla-
dio peribunt. An putas
quia non possum rogare
patrem meum et exhi-
debit michi modo plus
quam duodecim
legiones angelorum.
Quomodo ergo imple-
buntur scripture quia
sic oportet fieri. In illa
hora dixit ihsus turbis.
Tamquam ad latronem
existis cum gladiis et
fustibus apprehendere me
Quotidie apud vos
sedebam docens in tem-
plo et non me tenuistis
Hoc autem totum fac-
tum est ut impleren-
tur scripture prophetarum
Tunc discipuli omnes
relicto eo fugerunt. At
illi tenentes ihsum duxe-
runt ad caypham pri-
cipem sacerdotum ubi